

42. minut. æquatio nimirū illa optata, ea addenda est (quā mediū motus accessus & recessus 8. sphaeræ minor est in quadrante) ad motum mediū augiū & stellæ fixarū, in hoc, ut pueniat uerus motus 9. & octauæ sphaeræ simul, hoc est, quantū auges planetæ & stellæ fixæ iam inde à Christo nato sint p̄motæ, puta 0. Sig. 19. gra. 55. mi. Et dicit̄ ea aux cōmunis Episcopi Augustensis. A Christo aut̄ usq; ad Alonsum motus 9. sphaeræ est 0. Sig. 9. gra. 11. minut. 38. sec. Motus 8. sphaeræ 1. sig. 4. gra. 21. minut. 30. sec. Aequatio 8. sphaeræ 8. gra. 6. minut. 24. sec. Aequationē hanc si addidero ad motū 9. sphaeræ, prodibit inde 0. S. 17. gra. 18. minut. 2. sec. aux cōis Alonsi, eam si rursus subtraxero ab auge Augustensis Episcopi, manebunt 2. gra. 37. minut. & tantū quidē auges omniū planetæ, & stellæ fixæ p̄motæ sunt à tempore Alonsi usq; in diem inronizationis Reuerēdissimi Episcopi Augustensis. Itaq; ubi gradus illos & mi. & sec. addidero ad auges Alonsi, simulq; ad longitudes stellæ Alonsi, rectificatas eas habuero ad ipsū diem inronizationis. Latitudines autē non mutamus adhuc sectantes uestigia Hyparchi, Ptolemæi Pelusiani, & Alonsi Regis. Et si autē hic eo modo stellas uerificare docemus, quasi circulus paruus in motu tubationis esset 9. graduū, tamen nedum apud me constat, recte sentire eos, neq; adeo sentire ipsis, qui dicunt Aequinoctia ex hoc paruo circulo conuerti. certa em̄ ego obseruatione deprehendi, q̄ umbra gnomonis in quacūq; superficie plana, siue erecta siue ueritate, siue inclinata in latus, illo tempore lineā rectam non describit, qualis tamen esse cuiuslibet umbræ sole pertranseunte circulū maiorem, hoc est, æquinoctialē. sed ego obseruauit etiam tunc quālibet umbrā describere arcum. Id hoc loco cōmemorare uisum est tantū, ut nōnulli melius sup̄ sententiā sua deliberent, & æquinoctiū, qd̄ maxime pertinet ad uerificationem Kalendarij Romani, rectius demonstrent.

PRONVNCIATVM III.

Latitudinem lunæ ab egyptica per sinus colligere.

Priusq; hic latitudinē doceam inuenire, operæ precii est te uerum cursum lunæ & capitis draconis lunæ ex Ephemeridibus cognoscere, uel aliās ex tabulis in hoc paratis, nam quotiescūq; deinceps de planetis aliquid dicetur, & de motu eorundē uersus decimā sphaeram supputando, semper antea præsciendus erit uerus cursus secundū longitudinē & latitudinē. semel itaq; præmonitū hoc uolo, ne deinde hoc sæpius te habeat sollicitū. Latitudinem lunæ inuenturus, principio inquire quantum distet ipsa luna à capite draconis uel cauda, cuiuscūq; tandē fuerit, ppior, siue antrorsum siue retrorsum, eius distantia sinum rectum quære, quē deinde cum sinu 5. gra. hoc est 8715. multiplicabis, siquidē maxima lunæ latitudo ab egyptica 5. graduū esse cognoscit̄, p̄ductū inde diuide in sinum totius arcus quotiētis rectissime tibi mōstrabit ueram latitudinē lunæ ab egyptica. Sit autē hoc tibi exemplū, hora inronizationis Reuerendiss. patris Episcopi Augustensis em̄ luna in 23. gra. 32. minut. X. Caput aut̄ Draconis lunæ in 9. gra. 12. mi. $\overline{0}$. Iam uero luna sita est à capite Draconis 45. gra. 40. mi. Sinū illius 71528. duc in sinum 5. graduū, puta 8715 p̄ductū diuide in sinum perfectū, & pueniēt in quotiēte 6234. arcus illius erit latitudo lunæ quaesita, eaq; est 3. gra. 35. mi. meridionalis. Nam quò se luna inclinēt, uel ad austrū uel in boream inde cognosces, quia si distantia lunæ à capite draconis secundū ordinē signorum, uel à cauda contra ordinē signorū numeretur, constat lunam esse in latitudine septentrionali. sin autē distantia talis lunæ à capite contra ordinē signorū, uel à cauda secundū ordinem illorū numerabitur, argumentū certum est lunam esse in latitudine meridionali.

PRONVNCIATVM IIII.

Ex ipsa lunæ latitudine, distantiam illius à capite uel cauda draconis lunæ (quam in tabulis argumentum latitudinis lunæ uocamus) cognoscere.

Pronunciatū hoc planē inuersum est à superiori, proinde habitu iam latitudine lunæ, quū ex ea argumentū latitudinis lunæ inuenire cupis, hoc est distantiam eius à capite uel cauda draconis, age sinum ipsū latitudinis lunæ ducito in totum sinum rectū, productū deinde